

1776.

37. Hebenstreit, Henricus Michael: Historia juris civ. et ecclesiastice ex legibus utriusque ecclesiae illustrata
38. Hommelius, Carolus Frederic: Rhapsodie supplementa
39. Hommelius, Carolus Frederic: Rhapsodie supplementa
- 40^o Kretius, Jacobus Fredericus: De iurisprudentia sponsalibus et iusti efficiacia.
- * 40^b Kretius, Jacobus Fredericus: Diploma, quo est legium jurisconsultorum Lipsiensem Jacobo Frederico Kretio utriusque juris Doctoralem gradum . . . contulit.
41. Kindius, Dr. Adams Theophilus: De iurisprudentia Germanorum parviniacis quaeque canto usq.
42. Kindius, Dr. Adams Theophilus: De successione in bona absentium.
43. Mylius, Christianus Henricus, Leyens proconsil: An in Saxonia Iectorali venendo iure gaudenti

1
5

parum, in proprio fundo ab eo emeratam, --
in alienum prosequendi . . . , et quidem interpri-
nates compleat? Progroma, quo solemnis Doctoralia
in seruis Innselini Schubartthi . . . indicit.

44. Pfeffermannus, Iuris Iudiciorum Iuribus: Observacionum
juri Germanico specimen II.
45. Pfeffermannus, Iuris Iudiciorum Iuribus: Veratio
caecis
46. Pfeffermannus, Iuris Iudiciorum Iuribus: Observacionum
juri Germanico specimen III.
47. Pan, Christianus: De fendo Totalitatis
48. Schott, Augustus Fridericus: Tur Gorlicense.
- 49.igerus, Iab. Thengelius: Reribus modis nobilitas
enarratur?
50. Weichert, Thero Thom: De pharmacopolio rite con-
stituentis.
51. Walle, Christopherus Fridericus: De dannata memoria.
52. Walle, Christopherus Fridericus: De dannata memoria

1776.

53. Zollerus, Fr. J. Galliib: An liberiis iustitia
bonorum maternorum existente conserva, in
substantia patris cum hypotheca facta et
ius preelationis compleat?

54. Zollerus, Fr. J. Galliib: Representatio
matrii ex solacione usurparum potesta.

55. Zollerus, Fr. J. Galliib: De juri vitae alyce
necis, ex mortuitate utriusque huius, secundum hanc iuris
naturalis principia.

177
Fischer und der zweite ist ein
großer Fisch mit einer Länge von
ca. 1 m. Er hat einen breiten Kopf
mit einem großen Maul und einer
langen Zunge. Die Augen sind groß
und die Flossen sind ebenfalls
sehr groß. Der Körper ist schwarz
mit weißen Flecken. Der Kopf
ist breit und der Mund ist
sehr weit geöffnet. Die Flossen
sind ebenfalls sehr groß und
der Körper ist schwarz mit
weißen Flecken.

9132
1776, 44.
**OBSERVATIONVM
IVRIS GERMANICI**

SPECIMEN SECUNDVM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

ACADEMIAE HOC TEMPORE RECTORE

**IOSIA LVDOVICO ERNESTO
PÜTTMANN**

L. V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR. ORD.
NEG. NON COLLEG. ICTOR. ASSESSORE

A. D. X VI. IANVAR. M D C C L X X VI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

A

BENIAMIN. GOTFRID. BERGERO
SORAVIENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



C A P. III.

De bonis, quae Arles-Güther vocantur.

Venit nuper in manus nostras exemplum litterarum inuestiturae huius fere tenoris:

Von Gottes Gnaden, Wir Iohann George, Herzog zu Sachsen, des heiligen Römischen Reichs Erzmarschall und Churfürst, Landtgraff in Düringen, Marggraff zu Meissen, und Burggraff zu Magdeburgk, vor Vnus, und den Hochgebohrnen Fürsten Herrn Augusten, Unseres freundlichen lieben Brüdern &c. Thun kynth gegen meiniglichen, Das wir der Erbarn, unserer lieben besondern Dorotheen, weilandt Christoffen von Pölnitz hinderlasener Wittwen und ihren Erben, diese nachbeschriebene güttere vnd Zinns, von Vnus und Sr. Ldl. zu Lehen rürende, Nemlichen — zu Mittelpölnitz ein Guhlt, ettwan ein frei Arlesguth genannt, zu rechten Erblehenguthe, Indem weilandt der Hochgebohrne Fürst, Herr Christian der Ander, Herzog und Churfürst zu Sachsen &c. unser freundlicher lieber Bruder, und Gevatter seliger töblicher Gedechtnis,

4

Jhme die Artt und natur des Mannlebens benommen, vnd inn Erblehnguth verwandeltt, darbei wir es nochmals auch verbleiben lassen, vnd dasfür hinsüro vor allen Gedingen vnd Gerichten erkannt und gehalten haben wollen, gereicht vnd gelichen, So uiel wir dessen von Rechtswegen zu thun befugt, Reichen und leihen obangedeute Gütther vnd Zinsen mehrvermielter Wittwen, vnd ihren Erben hiermit gegenwertiglich, vnd Craft diez Briefs, also, das Sie vnd Ihre Erben mehrangedeutete Güttore und Zinsen fortmehr von Vnns, Sr. Ldl. vnnsern vnd Dero Erben und nachkommen, zu rechten Erblehen innehaben, besitzen, gebrauchen, geniesen, wie sachs gebürt, verdienen, dem Lehen auch, so ofte die Zufalle kommen, rechte Volge thun, vnd sich daon halten sollen, als solcher Erb-Lehengueter Recht vnd Gewohnheit ißt, Trewlich vnd ohne Geuherde. Hierbei sind gewesen vnd Gezeugen die Vhesten vad Hoehelarten, Vnsere Räthe und liebe getreuen, Bernhardt von Pöhlitz zu Schwartzbach, vnd Linden Creutz vnsrer geheimer Rahtt und Canzler &c. vnd andere mehr der Vnsfern genug glaubewürdige. Zu Vhrkundt mit Vnsfern grössern Insiegel wissentlich besiegt, vnd geben zu Torgaw, den vierzehenden Marty, nach Christi Vnsers einigen Erlösers und Seligmachers Gebuhrtt, Im Ein Tausent Sechshundert und Zwölften Jahre.

Moram legentibus iniecit verbum *Arles-Guth*, cuius quidem explicationem postquam apud multos iuris germanici interpretes frustra quaesueramus, ipsi tandem coepimus rem paulo curatius inuestigare, atque ita ad has, cum lectoribus nostris quas communicamus, conjecturas delapsi sumus.

Nemo

Nemo facile tam obesa naris erit, quin hic speciem bonorum lassiticorum, non modo in Germania, sed alii etiam in regionibus visitatorum, occurtere animaduertat. Equidem scio, de praediis, quae vulgo *Lassgüther* appellantur, dissertationem quondam scripsisse ANDR. FLORENT. RIVINUM (*Lips. 1735.*) Sed hic quidem ea tantum bona latica commentatus est, quae contractu locationis conductionis in tempus incertum, fructuum percipiendorum gratia, possessori pro certa pensione (*Lasszins*) ita, ut quoctunque tempore a domino reuocari possint, conceduntur, quorumque iura cum *Conf. Elec. Sax. 40. P. II.* tum *Ordinat. Eccl. Elec. Sax. art. gen. 29. Decreto item Synod. d. ao. 1624. et Reuis. Decret. Synod. d. ao. 1673. §. 76.* exponuntur. Silentio autem praeterit RIVINVS aliam bonorum laticorum speciem, de qua sigillatim scripsit IO. SCHRASSERT in *Periocha iuris dominici, dicti Laat-Recht*, eiusdem *Manipulo Sicilimentorum Feudalium*, (*Harderuci 1723.*) adiecta ^{a)}). Hic quidem docuit, huiusmodi bona mala etiam *feuda* appellari, idque ob duriorrem, qua tenentur, conditionem, cum non modo sub lege praestandi seruitii rustici possideantur, sed possessoribus etiam quodammodo seruilem contrahant conditionem, adeo, ut ius necesse sit, praevia sollempni apud dominum professione, eademque singulis sexenniis renouanda, fiduciariam libertatem redimere. Nequaquam autem SCHRASSERTO subscribere possumus existimanti, ideo haec bona duriore lege teneri, quod, cum bello victi aut occidi, aut in vincula perpetua coniici potuerint, victores tamen iis agros certis sub conditiobibus colendos relinquere maluerint. Haud minus errat

* 3

S C H R A S -

a) Bene diuersas bonorum laticorum species distinxit IO. IAC. MASCOVIVS in *iur. feud. Cap. II. §. 7.*

¶

SCHRASSERTVS, atque hinc, inquiens, a relinquendo hosce homines Latos appellavit vetus, a germano Laten, quod relinquere significat, indeque ius, quod de huius generis bonis obtinet, Laatrecht apud nos vocatur. Dudum enim doctissimi ostenderunt iuris germanici interpretes, interque hos RVD. AVG. NOLTE de Singular. quibusd. prae. rusticor. nec non CHRIST. GOTTL. RICCIUS in Spicileg. Iur. Germ. p. 724. Lassos id genus seruorum vocari, quod ex parte tantum manumissum, i. e. e ministerio domestico ad agriculturam in agros dimissum fuerat; ineptam autem, nulloque testimonio subnixam eorum esse opinionem, qui contendunt, lassos esse populos deuictos, qui, cum iure belli occidi potuissent, benevolentia tamen gentium victoricum ad culturam agrorum seruati fuissent. Recte etiam animaduertit RICCIUS l. c. bona latica ad emphyteuticorum natu-ram proprius accedere, cum lato seu lasso sub lege annui canonis, in recognitionem dominii praestandi, ita concedantur, vt iis vti frui, deque illis quodammodo disponere possit. Atque huiusmodi bona in litteris inuestiturae, quarum verba supra adscriptissimus, intelligi, vero quam simillimum mihi videtur. Docuit enim me IO. GEO. WACHTERVS in Gloss. Germ. p. 390. veteres Germanos pro erlassen interdum vrassen, aut arlassen dixisse ^{b)}). Ita sane in Symbolo Apostolorum Ale-mannico ~~et~~ vratz sunt pro remissione peccatorum occurunt, partemque postremam precum illarum, Christianis maxime sollempnium, libera nos a malo, his olim verbis arloſe unſh fonubile exprimere solebant. Vid. WACHTERVS l. c. sub v.

Er.

b) Ur est particula intendendi, sensum reddens auctioren, plane uti græcum ἡ. Satis hoc docent composita vrkand, vralt, vrlaus, alia. Vid. WACHTER l. c. in Prælogon. Scđ. 5.

Erlaffen et Erloten. Quid igitur mirum, si loco *Lassiguth* in veteribus chartis interdum *Arlesguth* positum reperiamus ^{c)}? et quemadmodum bona latica saepe hereditaria et emphyteutica facta sunt, ceu ostendit C H R I S T. G O T T L. H A L T A V S in *Glossar.* Germ. p. 1197. ita vel hoc, quod nobis prae manibus est, exemplo docemur, eiusdem generis bona nonnumquam feudorum quoque naturam induisse. Ceterum, si cui plura de praediis laticis legere volupe sit, is F R I D. C A R. B U R I V M in der ausführlichen Erläuterung des in Deutschland üblichen Lehnrechts p. 1050. seq. adeat,

C A P. IV.

De iure deportus.

Deportum primo vocant ius caduci in beneficiis ecclesiasticis, quando vacant, ad episcopum aut archidiaconum pertinens, seu annatas et redditus primi anni beneficii ecclesiastici vacantis. Vid. C A N G I V S in *Glossar.* sub v. *deportus.* Deinde ius deportus etiam dicunt ius domini directi percipiendi fructus feudi vasalli minorennes. Conf. I A R G O W de *Regal.* L. II. cap. 12. p. 574. Habes igitur ipsam fructuarium tutelam, quae quidem hodiene plane sit abolita, an hinc inde locum adhuc sibi vindicet, inter viros doctos ambigitur. Negat hoc M A S C O V I V S in *iur. feud.* Cap. V. §. 6. et Ill. G E O. L V D. B O E H M E R V S in *Princ. Iur. Feud.* §. 303. nec non, quod speciatim ad agnatos attinet, R I C C I V S in *Spiritu* cileg.

c) Nec est, quod nos turbet appellatio *eines freyen Arlesguths*, in litteris investiturae supra adscriptis occurrrens. Reste enim originem bonorum lassiticorum manumissionibus aut plenis (licet sub nexu aliquo,) aut minus plenis R I C C I V S l. c. adscribit,

2614

cleg. Iur. Germ. p. 624. Tutelam, inquiens, agnatorum rationibus reddendis non esse obnoxiam, propter spem succendi in illos prouisione maiorum translatam, vulgo quidem contendit. Curatorium autem a Caesare Carolo VI. ao. 1739. Duci Würtenbergico, Caroli Friderico, administratori Ducatus Würtenbergici datum, aliud nos docet. Nec matri illustri tutrici competere usum fructuum tutelae inde patet, quod ea ad reddendas rationes tutelares quoque obligatur. Affirmat contra LVDEWIGIVS in Different. iur. rom. et germ. in fructuum attribut. tutel. usufructuar. (Opusc. Miscell. T. II. p. 1210.) et Perill. FRID. ES. A PVENDORF Obs. Iur. Vniu. Tom. I. Obs. 47. §. 5. p. 122. ita scribens: *In personis illustribus germanorum mores hodierni idem probant, ut tutores condomini rationibus obstricti non sint. Quae-ris, quid mihi videatur. Ego verus illud ἐτε πάντα, ἐτε πάντοτε, ἐτε παρό πάντων* huc transferens neque aientium, neque negantium sententiae simpliciter subscribam, sed quid quovis loco aut legibus paclisue, aut consuetudine usque curiae introductum sit, inspicere inbebo. Ceterum a deportu differt *transportus*, i. e. cessio, translatio, s. mancipatio, quo de verbo iterum vid. CANGIVS h. v. et GOTFR. MASCOVIVS in Diff. de constitut. possessor. §. 31.

Leipzig, Diss., 1776 H-2



von

TA-OC



B.I.G.

Black

White

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
0
Inches
Centimetres



1776.44.9

OBSERVATIONVM IVRIS GERMANICI

SPECIMEN SECUNDVM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAE S I D E

ACADEMIAE HOC TEMPORE RECTORE

OSIA LVDOVICO ERNESTO
PÜTTMANN

V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR. ORD.
NEC NON COLLEG. ICTOR. ASSESSORE

A. D. XVI. JANVAR. MDCCCLXXVI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

A

ENIAMIN. GOTFRID. BERGERO
SORAVIENS.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.